



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 113. Galli unice per Gonzagæ socordiam in Pedemontio victores.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.

A.C. 1552.

§. CXIII.

Galli unice per Gonzagæ socordiam
in Pedemontio viatores.

Eo tempore Cæsar is res in Italia ob
Ferdinandi Gonzagæ negligentiam
plurimum declinare cæperant, huic i-
gitur malo ut remedium afferret Caro-
lus, ex Neapolis Regno Petrum Con-
salsum evocaverat, ejusque consilio in
omnibus negotiis uti Gonzagam julle-
rat: verum hic auctoritatem suam hac
ratione imminutam indignatus, adhuc
segnius cuncta administrabat, hinc ex
mutua hac æmulatione factum, ut Gal-
li, qui jamjam munitissima S. Martini,
ac S. Bolengi oppida, & Pontium ur-
bem occupaverant, latius in regionem
penetrarent; quippe Brissacus cum sex
peditum millibus, ac septingentis equi-
tibus Cerium usque Pedemontii urbem
processerat: interea vero Volpianum,
cui Sabellius præerat, obfidebatur:
Galli equidem duntaxat Cavam urbem
occupare poterant, ea tamen capta
Cæfareos commercio, atque omni ad
Savonam, aliaque loca ab illis oc-
cupata aditu intercludere valebant,
hinc Gonzaga indignatione, ac pudo-
re plenus quinque Germanorum, ac
duo Hispanorum millia præter mille Ita-
los, ac totidem equites in aciem eduxit,

ut

ut Gallos ad solvendam Volpiani obsi-Sæcul. XVI.
 dionem compelleret. Valuit successus, A.C. 1552.
 unde de Casolio pariter oppugnando con-
 silium iniit, verum Blasius Monlucius
 Gubernator hanc urbem tam invicta a-
 nimi fortitudine tuebatur, ut Gonzaga
 recedere cogeretur: sub idem porro
 tempus Galli Verucam, & Albam
 Pompejam armis suis subiiciebant, cap-
 taque posteriori hac urbe, quam Bon-
 nivetus propugnaverat, Cæsareis ma-
 gnam inferebant molestiam, quapropter
 Gonzaga illam recuperare molieba-
 tur, cum vero eam magis, quam spe-
 raverat, munitam experiretur, potius
 S. Damiani oppidum obsidere statuit,
 quamvis decimo septimo die ob hiemis
 alperitatem, atque adversam tempesta-
 tem de solvenda obsidione ageret. Hic
 itaque erat rerum status tam in Italia,
 quam in Germania toto tempore cur-
 rentis Anni millesimi quingentesimi
 quinquagesimi secundi.

§. CXIV.

*Turcarum victoriæ, ac progressus in
 Hungaria.*

Nec magis prospera belli fortuna ad- *Spond. hoc*
 spirabat Christianorum rebus in *ann. n. 13.*
Hungaria; quippe Sagedini, quod op. *Th. l. 9 n. 5.*
 pidum est Tibisco fluvio adjacens, A-

F f 3

limus

